

nē & raro in uera nativitate, quæ est dū fœtus, est medius extra, & mediis adhuc in utero materno. Quare ut communiter uera nativitatis præcedit illam ab obstetrici- bus datam.

Tabula morę fœtus in utero matris.

S.	g.	dies		dies	
0	0	273	media	258	minor
0	12	274		259	
0	24	275		260	
1	6	276		261	
1	18	277		262	
2	0	278		263	
2	12	279		264	
2	24	280		265	
3	6	281		266	
3	18	282		267	
4	0	283		268	
4	12	284		269	
4	24	285		270	
5	6	286		271	
5	18	287		272	
5	29	288	maior	273	media

Sub terra supra terram
ab ascende. à septima.

loci à Capricorno numerat 183.35. Differentia harum Ascensionum rectarū gra. 62 minut. 6. faciunt horas 4. minut. 8.

Fuit igitur conceptio anno 1458 currente, dic 17 Iunij à meridie horis 4. min. 8 elapsis. Huius temporis fuit locus Lunæ uerus graduum 18. min. 4 Virginis, Ascendens nativitatis per Trutinam Hermetis examinatum. Illud quidem indicat Trutina Hermetis, uerum cum dixerunt obstetrices in contactu quintæ natum fuisse, quid facias? an Trutinam sequaris, an certam relationem? Item secundum uiam Animodar, Ascendens deberet esse 15 Virginis, & medium cœli 10 gra. 40 min. Ge- minorum. Magis itaq; concordant Trutina & Animodar inter se, quam cum rela- tione alterū eorum. Sic secundum relationē nativitas fuit hora 5. secundum Truti- na, hora 4. minut. 8. Secundum Animodar hora 3. minut. 59. Ecce Animodar fe- re conuenit cum Trutina, quare neq; Trutinæ, neq; Animodar adhærebo, sed potius relationi certæ. Si autem posses habere tempus præcisum, accipiendo altitu- dinem Solis, uel alicuius stellæ cum instrumento correctissimo, nihil esset melius. Quòd si hoc fieri nequit, habeas tempus æstimatum propinquissimum, & quan- tò propinquitis, tanto melius. Causas etiam à principijs & finibus signorum, quan- do cadunt ad Ascendens, quoniam hora æstimata, potest esse post tempus uerum, & sic ascenderet forte principium signi, ubi te ipore præciso, ascenderet finis alte-

Horam autem conceptoris ita in- uenies: Subtrahe ascensionem rectam Solis meridiei conceptionis à Capri- corno inchoantem, ab ascensione obli- qua Lunæ nativitatis æstimata ab Ariete, & relictum conuerte in horas & minuta, & prodibunt horæ concep- tionis. Ad illud tempus conceptionis sic inuentum, quære uerum locum Lunæ, qui erit gradus uerus ascendentis na- tivitatis, & gradus ascendentis hora conceptionis, erit uerus locus Lunæ in genitura. Exemplo isto, clarius rem intelliges: In præcedenti æstimatiua nativitate, inuenta est Luna in 18 gra- du Scorpionis, in tertia domo. Di- stantia eius ab angulo Orientis, sub terra, iuxta eius latitudinem, fuit gra- duum 48 ferè, id est, Signum 1. cum 18 gradibus, quare mora eius in ute- ro materno fuit dierum 277, quæ re- tro numerata, ducit me ad diem 17 Iu- niij, Anni currentis 1458.

Pro hora conceptionis.

Locus Lunæ nativitatis æstimata est 18 Scorpionis, eius gradus ascensio obliqua ab Ariete 245.41.

Locus Solis meridiei conceptionis 3.

17 Cancri, Ascensio recta eiusdem